Quelle: http://manuscripta.at/?ID=445
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift



usq; ad sumitatem eius. et nemo au
xiliabit eum. Capitulum. xi.
In tempore autem illo consurget mi
chahel princeps magnus. qui
stat pro filiis populi tui. et erit
tempus quale non fuit ex eo quod
gentes esse ceperunt usq; ad
tempus illud. Et in tempore illo salua
bitur populus tuus. omnis qui
inuentus fuerit scriptus in lib.
Et multi de his qui dormiunt
in terre pulue exurgent alii
in uitam eternam. alii in oppro
brium ut uideant semper. Qui
autem docti fuerint fulgebunt
qui splendor firmamenti. et
qui ad iustitiam erudiunt
multos. qui stelle in perpetuas eternitates.
Tu autem daniel claude sermones. et
signa liber usq; ad tempus statutum. Per
transibunt plurimi. et multiplex
erit scientia. Et uidi ego daniel. et
ecce qui alii duo uiri stabant. unus
hinc super ripam fluminis. et alius
inde exterior ripa fluminis. Et dixi
qui indutus erat linteis. qui stabat
super aquas fluminis. Usq; quo fi
nis horum mirabilium. Et audiui u
num qui indutus erat linteis qui
stabat super aquas fluminis cum
leuasset dexteram et sinistram suam
in celum. et iurasset per uiuentem in
eternum. quia in tempus et tempora et dimidium
temporis. et cum completa fuerit dispersio ma
nus populi sci. complebuntur omnia hec.
Et ego audiui. et non intellexi. Et
dixi. Domine mi quid erit post hec.
Et ait. Vade daniel. quia clausi sunt
signatique sermones. usq; ad tempus pre
finitum. et eligentur. et dealbabuntur
et quasi ignis probabuntur multi. Et im
pie agent impii. neque intelligent
omnes impii. Porro docti intelligent.
Et in tempore cum ablatum fuerit iuge sa
crificium. et ponta fuerit abominatio
in desolationem. dies mille. ccc. xc. Be
atus qui expectat et peruenit usq;
ad dies mille. ccc. xxxv. Tu autem da
niel uade ad finem. et requiesces. et sta
bis in sorte tua in fine dierum. Hunc us;
daniel in libro uoluimine legi
mus. cetera que sequuntur usq; ad finem
libri de theodotionis editione emendata
sunt. Capitulum. xii.
Et erat uir habitans in baby
lone. et nomen eius joachim.
et accepit uxorem nomine
susannam filiam helchie. pulchra
nimis. et timentem dominum. Parentes
eius iusti cum essent instruxerunt
filiam suam secundum legem moysi. Et
erat autem joachim diues nimis. et erat
et pomerium uicinum domui suae. et
ad ipsum confluebant iudei. eo quod esset
honorabilior omnium. Et constituti
sunt duo senes iudices in anno illo.
de quibus locutus est dominus. Quia
egressa est iniquitas de babylone. a
senioribus iudicibus qui uidebantur regere
populum. Isti frequentabant domum joa
chim. et ueniebant ad eos omnes qui
iudicabantur in ira. Cum autem populus reti
ret usq; ad meridiem. ingrediebatur susan
na et deambulabat in pomario uiri
sui. et uidebant eam senes eundo i
ngredientem et deambulantem. et exarse
runt in concupiscentia eius. et euertunt
sensum suum. et declinauerunt oculos
suos. ut non uiderent celum. neque re
dderent iudicia iustorum. Erant quidem
omnes uulnerati amore eius. nec indica
uerunt sibi uicissim dolorem suum. Et
erubescebant indicare eum sibi conci
piscentiam suam. uolentes enim